

λεῖ; Ναὶ τά γε τοιαῦτα, ἔφη ὁ Χαρικλῆς· ἀλλοί τοι  
σύ γε, ὡς Σώκρατες, εἴωθας, εἰδὼς πῶς ἔχει τὸ  
πλεῖστα, ἐρωτᾶν. ταῦτα δὲ μὴ ἐρώτω. Μηδ' ἀπο-  
κρίνωμαι δέν, ἔφη, αὖτις με ἐρωτῶν τάχα ἐξετάσῃ,  
πάντας οἰκεῖ Χαρικλῆς; Ή, πάντας ἐστι Κριτίας; Ναὶ τά γε  
37 τοιαῦτα, ἔφη ὁ Χαρικλῆς. Οὐ δέ Κριτίας, Αλ-  
λα τῶνδέ τοι σε ἀπέχεσθαι, ἔφη, δεήσει, ὡς Σώκρα-  
τες, τῶν σκυτέων καὶ τῶν τεκτόνων καὶ τῶν χαλ-  
κέων.

§. 36. ἔφη ὁ Χαρικλῆς] Desunt  
haec in MS. Vindob. 2; et articu-  
lus ὁ recte est in ed. Paris. et  
Steph. sec.

τοῖς] In lunt. est τοῖον, et mox  
et δὲ pro εἰδὼς, perperam.

πῶς] Pro ὅπως.

αὖτις με — Χαρικλῆς] In Cod.  
Paris. 3, ed. Paris. et marg. Steph.  
est αὖτις με ἐρωτᾷ νέος, ἐπεν εἰδὼς,  
οἷον πάντας οἰκεῖ Χαρικλῆς; idemque  
fere interpretatus est Bessario:  
Nec ergo respondeam dummodo  
sciam, si quis me iunenis inter-  
rogaret, ubi habitat Charicles etc.  
Sed, ni fallor, hoc est glossema.  
Caeterum verba πάντας οἰκεῖ excide-  
runt in lunt.

ἢ πᾶς] lunt. ἢπαντα, vitiōse.

§. 37. τῶν σκυτέων καὶ τ. τ.]  
Similitudines et exempla, quae  
Socrates a fullonibus, coriariis,  
figulis petere solebat, saepe Se-  
phistis risuī fuerunt. Callicles  
apud Platonem Gorg. p. 299, B:  
αἱρετοὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ  
μαγείρες λέγων καὶ ιατροὺς ἀδὲν  
ταῦτα. Adde Dion. Chrys. Or. LV.  
p. 560, D: 564, A, et Liban. Apol.  
Socrat. p. 643, C. Sed hanc dis-  
serendi rationem plus habuisse in  
recessu, quam fronte promitteret,  
praeclare docet Plato Sympos. p.  
335, G. Rubrik. Scilicet haec ex-  
empla sibi plures veluti oppro-  
brium artis suae obici suspicati  
irasciebantur Socrati, quod ex ver-  
bis tyrannorum satis fit manife-  
stum. Atque ipse Socrates apud  
Xenophontem in Apologia §. 29  
fateretur, Anytum sibi irasci, quod

dixisset, filium eius in arte coriaria  
non debuisse exerceri. In Apolo-  
gia Platonica §. 10. fatetur Socrate-  
tes sibi iratum Socratem ὑπὲρ τῶν  
θημισθεῶν, ob opifices, h. c. quod  
coriariam et alia opificia veluti in  
contemptum filii sui et amicorum  
suorum nominare soleret. Atque  
in Platonis Menone Socrates cum  
Anyto filio colloquens saepiuscule-  
et futores et alios opifices nomi-  
nat; et dum dubitat, num virtus  
doceri et tradi a parentibus possit  
filiis, utitur exemplis talium viro-  
rum, quos velut virtutis non sa-  
tis ipsos compotes derideri iisque  
adeo et patrem suum, demago-  
gum, includi putat et Socrati ira-  
scitur Anytus. Hoc fundamento-  
nititur narratio Libanii in Apolo-  
gia Socratis I. p. 642, Anyti filios  
ab initio Socratem audiuisse, sed  
patrem iratum fuisse Socrati, quod  
artem coriariam veluti in contem-  
ptum suum nominasset. Addit de-  
inde, Anytum promisisse philoso-  
pho, si is porro facere de arte ista  
vellet, se ab accusatione destitu-  
rum esse. Qua quidem in nar-  
ratione vides priorem partem ipso  
Xenophontis et Platonis testimo-  
nio niti; alteram aliunde sine du-  
bio traxit Libanius. Quare non  
erat, quod fidem eius in dubita-  
tionem adducere conaretur V. D.  
in Bibliotheca der alten Litteratur,  
Parte II, 3. Male etiam Anytum  
istum Dialogi Platonici, Menonis  
nomine inscripti, ipsum Socratis  
accusatorem intelligi, censet Gedie-  
ke p. 7.